Universitätsbibliothek Paderborn

Theodōritu Episkopu Kyru Kai Eyagriu Scholastiku Ekklēsiastikē Istoria, Eklogai Apo Tōn Istoriōn Philostorgiu Kai Theodōru

Theodoretus <Cyrrhensis>

Mogvntiae, 1679

Ex Libro Decimo Historiae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14162

Visual Library

exinde Conſtantinopolitanam urbem cùm ingenti pompa ingreſſus eſt. Et Homouſianis quidem Eccleſiarum curam commiſit. Arianos verò & Eunomianos urbe expulit. Ex quorum numero fuit etiam Demophilus; Qui cùm ejectus fuiſſet, ad civitatem ſuam Berrhœam ſe contulit. Hypatius quoq; Nicæa expulſus, Cyrum Syriæ ex qua erat oriundus ſe recepit. Sed & Dorotheus Antiochiâ ejectus, in Thraciam unde originem ducebat, demigravit. Alii denique in alia diſperſi ſunt loca.

A τὴν κωνσταντινούπολιν ἄνεισι. καὶ τοῖς μὲν τὸ ὁμοούσιον φρονοῦσι, τὴν τῶν ἐκκλησιῶν ἐπιτρέπει τὴν ἐπιμέλειαν. ἀρειανοὺς δὲ καὶ εὐνομιανοὺς ἀπελαύνει τῆς πόλεως, ὧν εἷς ἦν καὶ ὁ δημόφιλος· ἀπελαθεὶς δὲ, τὴν ἑαυτοῦ πόλιν καταλαμβάνει τὴν βέῤῥοιαν· καὶ ὑπάτιος δὲ τῆς νικαίας ἀποδιωχθεὶς, πρὸς τὴν γεννησαμένην κύρον τὴν ἐν συρίᾳ παραγίνεται. ἀλλὰ καὶ δωρόθεος τῆς ἀντιοχείας ἀπελαθεὶς, τὴν θρᾴκην, ὅθεν ἐγεγόνει, κατέλαβεν. καὶ ἄλλοι δὲ ἀλλαχόθι διεσπάρησαν.

EX LIBRO DECIMO HISTORIAE.

1. DOROTHEUS quidem, uti ſupra dictum eſt, Antiochiâ eſt expulſus. Presbyteri verò ejuſdem urbis Aſterius & Criſpinus, & reliquus Clerus, collecto Concilio, cui nonnulli etjam ex vicinis Epiſcopis interfuerunt, ad Eunomium eosq; qui cum illo erant miſerunt, communionem eorum poſtulantes. Hi verò per litteras reſponderunt, non alia conditione ſeſe illos ſuſcepturos eſſe, quam ſi damnationis ſententiam in Aetium ejusq; ſcripta olim latam reſcidiſſent, ſed & vitæ eorum emendationem requirebant. Quibusdam enim haud puris actibus C erant contaminati. At illi, tum quidem conditionem oblatam non admiſerunt. Poſtea verò eò usque progreſſi ſunt, ut & Eunomium & eos qui cum illo erant, in Eccleſia proſcinderent, μετεωρολέσχας eos vocantes, plenosque deſperationis ac veſaniæ, eò quòd ſcilicet hujusmodi conditionem ipſis ferre auſi fuiſſent.

2. Arium impietatis ipſorum anteſignanum accuſat Philoſtorgius, quòd hujus univerſi Deum ex multis partibus compoſitum eſſe dixerit. Ait enim Arium aſſeruiſſe, Deum non quantus D eſt, comprehendi poſſe, ſed in quantum uniuscujusq; vis comprehendere valet. Eundem quoq; ſenſiſſe, Deum neque ſubſtantiam eſſe, neq; hypoſtaſin, neque aliud quidquam eorum quæ de illo dicuntur. Sed & Ariminenſem ſynodum & Conſtantinopolitanam eadem aſſerere. Quæ unigeniti generationem omnibus ignotiſſimam eſſe definivit, ei ſoli qui generavit, cognitionem ejus generationis attribuens. Hæc eſt autem ipſa ſynodus quæ Aetium condemnavit.

3. Ariani ſimilitudinem unigeniti

B ΕΚ ΤΗΣ ΔΕΚΑΤΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ.

1. ΟΤι δωρόθεος μὲν ὡς ἐῤῥήθη, τῆς ἀντιοχείας ἠλάθη· οἱ δὲ ταύτης πρεσβύτεροι ἀστέριος καὶ κρισπῖνος, καὶ τὸ ἄλλο πλήρωμα συνεδριάσαντες, συμπαρόντων αὐτοῖς καί τινων τῶν περὶξ πόλεων ἐπισκόπων, πέμπουσι πρὸς τοὺς ἀμφὶ τὸν εὐνόμιον, τὴν κοινωνίαν αὐτῶν ἐπιζητοῦντες. οἱ δὲ ἀντεπιστέλλουσι, μὴ ἄλλως αὐτοὺς παραδέξασθαι, εἰ μὴ τὴν ἐπ' ἀετίῳ καὶ τοῖς αὐτοῦ συγγράμμασι καταχειροτονίαν ἀποψηφίσονται· ἔτι C δὲ καὶ διακάθαρσιν ἀπῄτουν τοῦ βίου. συνεφύροντο γὰρ καί τισιν οὐ καθαροῖς διαιτήμασιν· οἱ δὲ τότε μὲν τὴν πρόκλησιν οὐ προσήκαντο· χρόνῳ δ' ὕστερον, καὶ εἰς τὸ κακίζειν ἐπ' ἐκκλησίας, τόν τε εὐνόμιον καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ προεληλύθεισαν, μετεωρολέσχας αὐτοὺς καλοῦντες, καὶ πλήρεις ἀπονοίας καὶ σκαιότητος, ἀνθ' ὧν αὐτοῖς τοιαῦτα προτείνειν ἔγνωσαν.

2. Ὅτι τὸν ἀρχηγὸν αὐτῶν τῆς ἀσεβείας ἄρειον ὁ συγγραφεὺς διαβάλλει, ὡς πολυμε- D ρῆ καὶ πολυσύνθετον λέγοντα τὸν θεὸν τῶν ὅλων. οὐ γὰρ ὅσον ἐστὶν ὁ θεὸς καταλαμβάνεσθαι κηρύσσειν, ἀλλ' ὅσον ἡ ἑκάστου δύναμις πρὸς κατάληψιν ἔῤῥωται· καὶ μήτε οὐσίαν αὐτὸν εἶναι δογματίζειν, μήτε ὑπόστασιν, μήτε ἄλλο μηδὲν ὧν ὀνομάζεται· καὶ τὴν ἐν ἀριμίνῳ δὲ σύνοδον, καὶ τὴν ἐν κωνσταντινουπόλει, τὰ αὐτὰ δοξάζειν, ἥτις τὴν τοῦ μονογενοῦς γέννησιν ἀγνωστοτάτην πᾶσιν ἀπέφηνε, τῷ γειναμένῳ μόνῳ τὴν γνῶσιν αὐτῆς περιστείλασα· αὕτη δ' ἦν ἡ καταδικασαμένη καὶ τὸν ἀέτιον.

3. Ὅτι οἱ ἐξ ἀρείου τὴν πρὸς τὸν πατέρα

τοῦ μονογενοῦς ὁμοιότητα, εἰς πολλὰς αἱρέσεις διεσχίσαντο. οἱ μὲν γὰρ κατὰ τὸ προγινώσκειν ἑκάτερον ἔφασαν. οἱ δὲ τὸ τὴν φύσιν θεός. ἄλλοι δὲ διότι ἐκ μὴ ὄντων ἑκάτερος αὐτῶν πέφυκε δημιουργεῖν. ἀλλὰ ταῦτά φησι κἂν διαφέρειν δοκῇ, εἰς ἓν καταλήγει, τὸ δοξάζειν ὁμοούσιον τὸν υἱὸν τῷ πατρί. τούτους δέ φησι μετὰ τὸ κατατμηθῆναι ταῖς δόξαις, καὶ εἰς πολλὴν ἄλλην ἀσχημοσύνην ἐκδιαιτηθῆναί φησι, χρημάτων τε τὰς ἱερωσύνας καὶ διδόντας καὶ λαμβάνοντας, καὶ τὰς ὑπευθύνους καὶ σωματικὰς ἡδονὰς μεταδιώκοντας.

4. Ὅτι φησὶν οἱ περὶ εὐνόμιον, τοσοῦτον τῶν εἰρημένων αἱρέσεων ἀπεχθήσαν, ὡς μήτε βάπτισμα αὐτῶν, μήτε χειροτονίαν προσίεσθαι. ἐβάπτιζον δὲ οἱ περὶ εὐνόμιον, οὐκ εἰς τρεῖς καταδύσεις, ἀλλ' εἰς μίαν, εἰς τὸν θάνατον ὡς ἔφασκον, τοῦ κυρίου βαπτίζοντες, ὃν ἅπαξ μὲν, ἀλλ' οὐχὶ δὶς, ἢ τρὶς ὑπὲρ ἡμῶν ἀνεδέξατο.

5. Ὅτι φησὶν ὁ βασιλεὺς θεοδόσιος ἀρκάδιον τὸν υἱὸν, νέον ὄντα κομιδῇ, τὸ τῆς βασιλείας ἀξίωμα περιτίθεται. καὶ μετ' οὐ πολὺ, γρατιανὸς ὁ βασιλεὺς περὶ τὰς ἄνω γαλατίας τῇ τοῦ τυράννου μαξίμου συσκευῇ ἀναιρεῖται. πολλὰς δὲ καὶ διαβολὰς ὁ συγγραφεὺς κατὰ γρατιανοῦ ἀναπλάττει, ὡς καὶ τῷ νέρωνι παρεικάζειν αὐτόν. οὐ γὰρ ἤρεσεν αὐτῷ, ὡς ἔοικε, τῆς ἐκείνου πίστεως τὸ ὀρθόδοξον.

6. Ὅτι θεοδόσιος ὁ βασιλεὺς εὑρών τινας τῶν ἐν τῷ κοιτῶνι αὐτοῦ τὰ εὐνομίου στέργοντας, τούτους μὲν τοῦ παλατίου ἐλαύνει. τὸν δὲ εὐνόμιον ἐκ τῆς καλχηδόνος τὴν ταχίστην συναρπασαμένους ἐκπέμπει, καὶ πρὸς τὴν ἁλμυρίδα φυγάδα ποιεῖν ἐγκελεύεται. τὸ δὲ χωρίον τῆς ἐν εὐρώπῃ μυσίας ἐστὶν, ἐν χώρᾳ τοῦ ἴστρου διακείμενον. ἀλλ' ἡ μὲν ἁλμυρὶς, κρυσταλλωθέντος τοῦ ἴστρου, ὑπὸ τῶν διαβάντων αὐτὸν βαρβάρων ἁλίσκεται· ὁ δὲ εὐνόμιος ἐκεῖθεν εἰς καισάρειαν τῆς καππαδοκίας ὑπερορίζεται, μισητὸς ὢν τοῖς ἐκεῖσε, διότι λόγους κατὰ βασιλείου τοῦ ταύτης ἐπισκόπου συνετάξατο. ἐκεῖθεν δὲ εἰς τοὺς ἑαυτοῦ διάγειν ἀγροὺς ἀφείθη· δακορηνοὶ δὲ τοῖς ἀγροῖς τὸ ὄνομα. ἐνταῦθα δὲ αὐτόν φησι ὁ φιλοστόργιος εἰκοστὸν ἔτος ἄγων, ἐν κωνσταντινουπόλει παραγεγονὼς, θεάσασθαι, ὑπερθειάζων τὸν εὐνόμιον, τήν τε σύνεσιν λέγων αὐτὸν εἶναι, καὶ τὴν ἀρετὴν ἀπαράβλητον. ἀλλὰ καὶ τοῦ προσώπου

A cum Patre, in varias ſententias diſtraxerunt. Alii enim eam conſtituerunt in eo quòd uterque præſcientiam habeat futurorum. Alii in eo quòd uterque naturâ eſt Deus. Nonnulli verò in eo quòd uterque creare poteſt ex nihilo. Verùm hæc, inquit Philoſtorgius, licet differre inter ſe videantur, in unum tamen idemque recidunt, ut ſcilicet Filium Patri ὁμοούσιον prædicent. Hos porro ait Philoſtorgius, poſtquam in varias ſententias diſciſſi fuiſſent, multa quoque alia indecora ac turpia perpetraſſe: Quippe qui ſacerdotia pretio emerint ac vendiderint, & fla- B gitioſas corporis voluptates conſectati ſint.

4. Eunomiani, ut ſcribit Philoſtorgius, ab Hæreſibus ſupra memoratis tantopere abhorruerunt, ut nec Baptiſmum earum, nec ordinationem admitterent. Baptizabant porro Eunomiani, non trina merſione, ſed unicâ, in mortem Domini ſicut ajebant, baptizantes: quam ille ſemel tantum, non autem bis terve ſuſtinuit pro nobis.

5. Theodoſius Imperator Arcadium filium ſuum admodùm puerum imperiali dignitate ornavit. Nec multo poſt Gratianus Imperator in Galliis Maxi- C mi tyranni fraude perimitur. Multas porro calumnias adverſus Gratianum confingit Philoſtorgius, adeò ut Neroni eum comparet. Neque enim placebat Philoſtorgio rectæ fidei doctrina, quam Gratianus profitebatur.

6. Theodoſius Imperator cùm quoſdam cubicularios ſuos Eunomii doctrinam ſequi deprehendiſſet, eos quidem palatio ejecit. Ipſum verò Eunomium ſtatim ex Chalcedonenſi urbe abripiendum curavit & Halmyridem relegari juſſit. Eſt autem Halmyris ocus in Moëſia, ad Danubium ſitus. Verùm Halmyris quidem à Barbaris Danubiũ D glacie conſtrictum transgreſſus, brevî pòſt capta eſt. Eunomius verò inde Cæſaræam Cappadociæ relegatur. Sed cùm inviſ9 eſſet Cęſarienſibus eò quòd adverſus Baſilium ipſorum Epiſcopum libros olim conſcripſerat, permiſſum eſt ei ut in agris ſuis degeret, qui Dacoroeni vocabantur. Cæterum hoc loco Philoſtorgius ſcribit, ſe viginti annos natum, cùm veniſſet Conſtantinopolim, Eunomium vidiſſe. Eum verò divinis laudibus extollit, & prudentiam ejus & virtutem incomparabilem fuiſſe affirmans. Sed & oris formam &

reliqua corporis membra plena decoris ac venuſtatis deſcribit. Sermones quoq; qui ex ejus ore profluebant, margaritis comparat: Quamvis paulò pòſt balbum illum fuiſſe vel invitus fateatur. Nec illum pudet, balbutiem ad ſummam gratiam atq; elegantiam extollere. Ad hæc vitiliginem quæ faciem ejus quaſi notis quibusdam ac vibicib9 diſtinxerat, ornamentum quoddam corpori attuliſſe aſſerit. Porro etſi libros ejus omnes divinis efferat laudibus, Epiſtolas tamen reliquis ejusdem operibus multum præſtare affirmat.

7. Mortua Placidia conjuge, Theodoſius Imperator uxorem duxit Gallam, ſororem quidem Valentiniani Junioris, filiam verò Magni Valentiniani & Juſtinæ Auguſtæ. Porro hæc Juſtina Arianam hæreſin ſequebatur. Ex Galla Theodoſius filiam ſuſcepit, nomine Placidiam.

8. Theodoſius apud Theſſalonicam copiis ſuis cum Valentiniano conjunctis, contra Maximum tyrannum profectus eſt. Maximus enim cùm Gratiani Imperium occupaſſet, Valentiniani quoque ditionem ſibi adjungere conabatur. Mittunt igitur Imperatores contra Tyrannum, Magiſtros militum Timaſium & Richomerem; Promotum item & Arbogaſtem. Qui cùm ex improviſo ſuperveniſſent, eum repente ex ſolio deturbant, & Imperii inſignibus exuunt, ac privato habitu indutum Imperatoribus obtulerunt. Tunc Maximus capite truncatus eſt, cùm per annos quinque Tyrannidem exercuiſſet.

9. Poſt victoriam de Maximo relatam, & poſt adventum Theodoſii in urbem Romam, cùm Imperator illinc digreſſurus eſſet, ſidus quoddam novum atq; inuſitatum in cœlo viſum eſt: quod quidem maximas calamitates orbi terrarum nuntiabat. Apparuit verò primùm media nocte, juxta luciferum, in ipſo circulo qui Zodiacus dicitur. Magnum porro erat ac ſplendidum id ſidus, nec multo inferius lucifero. Poſtea verò concurſus aſtrorum undiq; ad illud factus eſt: inſtar apum examinis quæ circa regem ſuum in orbem denſantur. Exinde veluti mutua colliſione cogente, omnium aſtrorum lux in unam flammam commixta effulſit, & ancipitis gladii, magni ac terribilis figuram expreſſit. Et ex aliis quidem ſideribus quæ in illud

A τὸ σχῆμα καὶ τὰ μέρη εἰς τὸ εὐπρεπέστατον τοῖς λόγοις ἐξωραΐζει. καὶ τοὺς ἐκ τοῦ στόματος λόγους, μαργαρίσιν ἐοικέναι. καίτοι προϊὼν, τραυλὴν αὐτοῦ τὴν γλῶτταν καὶ μὴ θέλων συνομολογεῖ· οὐδὲ τὴν τραυλότητα ἀπαισχυνθεὶς εἰς πολλὴν ἀποσεμνύνει γλαφυρότητα. ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀλφοὺς οἳ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ κατεμάστιζόν τε καὶ κατέστιζον, κόσμον ἐμποιεῖν τῷ σώματι διατείνεται· τούς τε λόγους αὐτοῦ πάντας ἀποθειάζων, διαφέρειν τῶν ἄλλων ἔτι μᾶλλον λέγει τὰς ἐπιστολάς.

7. Ὅτι Πλακιδίας ἀποβιούσης, ὁ βασιλεὺς B Θεοδόσιος ὁ ταύτης ἀνὴρ Γάλλαν ἄγεται γυναῖκα, ἀδελφὴν μὲν τοῦ νεωτέρου Οὐαλεντινιανοῦ τοῦ βασιλέως, θυγατέρα δὲ τοῦ μεγάλου, ἣν αὐτῷ Ἰουστῖνα ἐγείνατο. αὕτη δὲ τὰ Ἀρείου ἔστεργο. ἐξ αὐτῆς δὲ τῷ Θεοδοσίῳ καὶ ἡ θυγάτηρ Πλακιδία τίκτεται.

8. Ὅτι Θεοδόσιος κατὰ Θεσσαλονίκην τῷ Οὐαλεντινιανῷ συναφθεὶς, στρατεύει κατὰ Μαξίμου τοῦ τυράννου. καὶ γὰρ ὁ τύραννος τὴν Γρατιανοῦ κατέχων ἀρχὴν, διενοεῖτο προσλαβεῖν καὶ τὴν Οὐαλεντινιανοῦ. ἐκπέμπουσι δὲ οἱ βασιλεῖς κατ' αὐτοῦ Τιμάσιον, καὶ Ῥιχομήρην, C καὶ Πρόμοτον, καὶ Ἀρβογάστην, τοὺς στρατηγούς· οἱ δὲ παραστάντες αὐτὸν ἐξαπιναίως, τοῦ τε θρόνου κατασπῶσι, καὶ τῶν τῆς βασιλείας ἐπισήμων ἀποδύουσι, καὶ τοῖς βασιλεῦσιν ἰδιώτην προσάγουσι· κἀνταῦθα Μάξιμος τῆς κεφαλῆς ἀποτέμνεται, τυραννήσας πέντε τὰ σύμπαντα ἔτη.

9. Ὅτι μετὰ τὴν κατὰ Μαξίμου νίκην, καὶ τὴν ἐπὶ Ῥώμην ἐπάνοδον, ἐξελαύνειν αὐτῆς μέλλοντος τοῦ βασιλέως, ἀστὴρ κατὰ τὸν οὐρανὸν ὤφθη παράδοξος καὶ ἀήθης· μεγάλων δὲ ἄρα κακῶν ἄγγελος τῇ οἰκουμένῃ γενήσεσθαι D ἔμελλεν. ἐξέλαμψε δὲ πρῶτον κατὰ μέσας νύκτας πλησίον τοῦ ἑωσφόρου, καὶ αὐτὸν δὴ τὸν καλούμενον ζωδιακὸν κύκλον. μέγας δὲ καὶ ἐκφεγγὴς ταῖς μαρμαρυγαῖς, οὐ πολλῷ τοῦ ἑωσφόρου λειπόμενος. ἐπειδὴ συνδρομὴ πανταχόθεν ἀστέρων ἐπ' αὐτὸν ἀθροιζομένων ἐγίνετο. εἰκάσαις ἂν σμήνει μελιττῶν παρὰ τὸν ἡγεμόνα σφαιρουμένων, τὸ θέαμα· κἀντεῦθεν οἱονεὶ τῆς πρὸς ἀλλήλους συνελίψεως βιασαμένης τὸ τῶν ἁπάντων φῶς εἰς μίαν τινὰ συγκραθὲν ἀνέλαμπε φλόγα.

καὶ μαχαίρας ἄντικρυς ἀμφήκους μεγάλης καὶ φοβερᾶς ἀπετέλεσαν εἶδος, πηλικῆς ἐξαυγαζομένης, τῶν μὲν ἄλλων ἁπάντων ἀστέρων εἰς τοῦτο μεταπεσόντων, τῆς θέας ἑνὸς δὲ καὶ μόνου τοῦ πρώτου θεωρηθέντος, ἐν τάξει ῥίζης τινὸς ἢ λαβῆς τῷ παντὶ σχήματι ὑποφαινομένου, καὶ οἷον τὸ πᾶν τοῦ δειχθέντος ἀστέρος ἀποτίκτοντος σέλας· ὡς ἂν ἐκ λύχνου τινὸς θρυαλλίδος τῆς φλογὸς πρὸς ὕψος ἐξαιρομένης· τὸ μὲν φανὲν οὕτω παράδοξον παρεῖχε τὴν θέαν. καὶ ἡ κίνησις δὲ πρὸς πάντα παρήλλαττεν ἀστέρος δρόμον· τὴν γὰρ ἀρχὴν ὅθεν εἴρηται φανῆναι, καὶ τῆς κινήσεως ποιησάμενος, συνανίσχετο μὲν τὰ πρῶτα τῷ ἑωσφόρῳ, καὶ συγκατεδύετο. ἔπειτα δὲ κατ' ὀλίγον διϊστάμενος, ἐπὶ τὰς ἄρκτους ἀνῄει, σχολῇ τε καὶ βάδην κινούμενος, καὶ ἐγκαρσίως, ὡς ἐπ' ἀριστερᾶς πρὸς τοὺς θεωμένους εἰπεῖν, τὴν ἰδίαν πορείαν ποιούμενος· τὴν μέντοιγε κοινὴν περίοδον τὴν αὐτὴν εἶχε τοῖς ἄλλοις καθ' οὓς ἂν γίνοιτο πορευόμενος. ἐπὶ τεσσαράκοντα δὲ ἡμέρας τῆς ἰδίας αὐτοῦ πορείας ἐπιτελουμένης, εἰς μέσην τὴν μεγάλην ἄρκτον ἐνέβαλε, κἀν τῷ μεσαιτάτῳ αὐτῆς τὰ τελευταῖα φανεὶς, αὐτοῦ που ἀπέσβη. οὐ ταῦτα δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄλλα πολλὰ παράδοξα περὶ τοῦ ξιφοειδοῦς τούτου δίεισιν ἀστέρος.

10. Ὅτι κατὰ Πορφυρίου φησὶ καὶ αὐτὸς ὁ συγγραφεὺς ὑπὲρ Χριστιανῶν ἀγῶνας καταθέσθαι.

11. Ὅτι καθ' οὓς χρόνους ὁ μαχαιροφόρος ἀστὴρ ἐφάνη, καὶ σώματα ἀνθρώπων ὤφθη δύο· ἓν μὲν ἐν τῇ Συρίᾳ, τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν εἰς μέγεθος ἐκβαῖνον· θάτερον δὲ ἐν Αἰγύπτῳ, εἰς ἄπιστον βραχύτητα καταλῆγον. ὁ μὲν οὖν Σύρος πενταπήχης ἦν τὸ μέγεθος καὶ σπιθαμὴν ἔφερε προσθήκην, καίτοι τῶν ποδῶν αὐτοῦ πρὸς τὸ ἄλλο τοῦ σώματος μὴ συνομολογούντων τὸ ὕψος· ἀλλ' εἴσω καὶ πρὸς τὸ βλαισὸν ὑποκαμπτομένων· Ἀντώνιος ἦν τῷ ἀνθρώπῳ τὸ ὄνομα. ὁ δὲ Αἰγύπτιος οὕτω κατεβραχύνετο, ὥστε μηδ' ἀχαρίστως τοὺς ἐν τοῖς κλωβοῖς πέρδικας ἐκμιμεῖσθαι, καὶ συναθύρειν αὐτῷ πρὸς ἔριν ἐκείνους· τὸ δὲ παραδοξότερον, ὅτι καὶ ἡ φρόνησις ἐνῆν τῷ ἀνθρώπῳ, οὐδὲν ὑπὸ τῆς βραχύτητος καταβλαπτομένη. καὶ γὰρ καὶ τὸ φθέγμα οὐκ ἄμουσος ἦν, καὶ οἱ λόγοι τοῦ νοῦ παρεῖχον ὀρθῶς τὴν γενναιότητα. ἑκάτερος δὲ τῶν εἰρημένων τοῖς τοῦ συγγραφέως χρόνοις ἐνήκμασε καὶ οὐ θᾶττον μετῆλθε τὸν βίον· ὁ μὲν γὰρ μέγιστος τὰ εἴκοσι πέντε διεξιὼν ἔτη ἀπεβίω·

A aſtrum conflata erant, lux emicans, enſis ſpeciem præferebat. Unus verò ille qui primus apparuerat, inſtar ſcapuli ſupradictæ figuræ videbatur, aut inſtar radicis cujusdam quæ univerſam apparentis aſtri lucem ex ſe gignebat; flammâ, velut ex ellychnio cujusdam lucernæ, ſursùm provolante. Et aſtrum quidem quod tunc apparuit, adeò novum atq; admirabile ſpectaculum præbuit. Motus verò à reliquo ſtellarum curſu longe diverſus fuit. Nam cùm inde unde diximus, apparere ac moveri cœpiſſet, initio quidem oriebatur & occidebat unà cum Lucifero, poſtea ve- B rò paulatim recedens, ac Septentrionē aſcendebat, ſenſim ac lente progrediens, & oblique tanquam ad lævam; reſpectu quidem intuentium, proprium curſum inſtituens: communem verò circuitionem eandem habuit quam reliquæ ſtellæ juxtà quas ambulabat. Cæterùm cùm proprium curſum quadraginta dierum ſpatio compleviſſet, in mediam majorem urſam ſe conjecit: & in ipſo ejus meditullio poſtremùm viſum, ibidem extinctum eſt. Neq; verò hoc ſolum, ſed multa quoque alia admiranda de hoc ſidere gladii ſpeciem C referente ſcribit Philoſtorgius.

10. Ait Philoſtorgius, ſe quoque contra Porphyrium ſcripſiſſe pro Chriſtianis.

11. Eodem tempore quo ſidus illud enſiferum apparuit, viſa ſunt etiam duo corpora humana: alterum quidem in Syria, humanæ ſtaturæ proceritatem multùm excedens: alterum verò in Ægypto, incredibilis brevitatis. Syrus quidem ſtaturâ erat quinque cubitorum altitudinis, adjecto inſuper palmo: quamvis pedes reliquæ totius corporis proceritati minime reſponderēt; Sed introrſum retorti variique eſſent. Nomen huic erat Antonio. Ægyptius verò in tantam contractus erat brevitatem, ut incluſas in caveis perdices D non invenuſte imitaretur, utque perdices cum illo ad rixam usque colluderent. Quod verò admirabilius eſt, inerat ei prudentia, brevitate corporis nullatenus imminuta. Nam neque voce erat rudi, & ſermones vim intelligendi quà præſtabat, ſatis declarabant. Uterque porrò eorum hominum vixit temporibus Philoſtorgii, nec ità citò ex hac luce migravit. Nam procerus quidem ille, poſt annum ætatis quintum ac viceſimum abiit è vita.

Minimus alter, ab hoc vitæ ſpatio non multum abfuit. Multa quoque alia prodigia hoc loco refert Philoſtorgius, quæ vel iiſdem temporibus quibus ſupra memorata prodigia, vel Superiori memoria acciderant.

A ὁ δ᾽ ἐλάχιστος, οὐκ ὀλίγῳ καὶ τούτων λειπόμενος. πολλὰ δὲ καὶ ἕτερα τέρατα, τὰ μὲν τοῖς εἰρημένοις ὁμόχρονα, τὰ δὲ καὶ προγεγενημένα, ταῖς ἱστορίαις αὐτοῦ καταστρώννυσιν.

12. Jejunium quartæ & ſextæ feriæ, non in ſola carnium abſtinentia poſitū eſſe ait Philoſtorgius: ſed canonibus definitum eſſe, ne quidquam omnino cibi ad veſperam usque ſumatur. Nam de Eudoxio quodam ejusdem hæreſis ſectatore, qui gradu quidem Presbyter erat, orbatus autem genitalibus, ita ſcribit. Adeo autem jejunandi ſtudioſus fuit, ut toto vitæ tempore non modo eos dies qui ex præcepto memoriam Paſſionibus Dominicæ ſervant.....

12. Ὅτι τῆς τετράδος καὶ παρασκευῆς τὴν νηστείαν, ὁ Φιλοστόργιός φησιν οὐκ ἐν μόνῃ τῇ κρεῶν ἀποχῇ περιορίζεσθαι, ἀλλὰ καὶ τὸ μηδὲ τροφῆς ὅλως ἅπτεσθαι μέχρι τῆς ἑσπέρας, κανονίζεσθαι· λέγει γὰρ περί τινος Εὐδοξίου, συναιρεσιώτου μὲν, πρεσβυτέρου δὲ τὴν τάξιν, ἐψιλωμένου δὲ τῶν δι᾽ ὧν ἡ διαδοχὴ τοῦ γένους, τοιάδε· νηστευτικός τε οὕτως ἦν, ὡς καὶ παρ᾽ ὅλον μὲν τὸν χρόνον, B μὴ μόνον τὰς κατὰ διάταξιν τὴν μνήμην τοῦ κυριακοῦ πάθους φερούσας,........

Deſunt quatuor folia.

Λείπει τέσσαρα φύλλα.

EX LIBRO VNDECIMO HISTORIÆ deeſt initium.

ΕΚ ΤΗΣ ΕΝΔΕΚΑ ΤΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

. . . .

urſis ac leonibus uteretur. Annum ætatis agens viceſimum, vita ſimul atque imperio & ferarum venationibus privatus eſt. Porro iracundiæ erat immodicæ. Idque præcipue cauſam ei mortis præbuit. Nam cùm aliquando in palatio cum Arbogaſte colloqueretur, verbisque illius ad iram excitatus eſſet, adverſus Magiſtrum militum gladium ſtringere aggreſſ⁹ eſt. Prohibitus verò: nam ſatelles cujus gladium extrahere conatus fuerat, eum repreſſit: tum quidem Arbogaſtē ab ea ſuſpicione removere verbis conatus eſt. Verùm ille ex verbis principis conſilium ipſius certiùs deprehendit, in apertam lucem prolatum. Interroganti enim, quænam fuiſſet tanti impetus cauſâ, reſpondit Valentinianus, manus ſibimetipſi illaturum ſe eſſe, propterea quòd Imperator cum eſſet, nihil eorum quæ volebat, agere ſineretur. Arbogaſtes verò, tum quidem nihil amplius curioſe percontatus eſt. Poſtea verò Viennæ in Gallia, cùm eum pranſum, & meridiano tempore in deſerto quodā palatii loco cum quibusdam ſcurris labra in fluviū mergentem vidiſſet, ſatellites quosdam in eum miſit. Qui manuum vi ac mentis feritate miſerum ſtrangularunt, cùm nullus ex miniſtris Imperatoris adeſſet. Eo enim tempore univerſi ad prandium perrexerant. Cæterum, ne quis illico cædis auctores requireret, hi qui

ἄρκτων καὶ λεόντων χρήσασθαι. αὐτοῦ τε τοῦ ζῆν καὶ τῆς ἀρχῆς, καὶ τῶν ἐπὶ τοῖς θηρίοις ἄθλων, εἰκοστὸν ἀπὸ γενέσεως διανύων ἔτος, ἀπεφθάρη. ἦν δὲ καὶ τὸν θυμὸν ἀκράτωρ, ὃ καὶ μάλιστα τοῦ ζῆν αὐτὸν ἐξεδίσκευεν. C διαλεγόμενος γάρ ποτε κατὰ τὸ παλάτιον τῷ Ἀρβογάστῃ, ἐπείπερ αὐτὸν οἱ λόγοι πρὸς ὀργὴν ἀνέστησαν, ξίφος ὥρμησε κατὰ στρατηγοῦ σπάσασθαι· κωλυθεὶς δὲ, ὁ γὰρ δορυφόρος ἐπεῖχεν οὗ τὸ ξίφος ἑλκύσαι ἐπεβάλλετο, κατὰ τὸ παρὸν λόγοις μὲν ἐπειρᾶτο τῆς ὑπονοίας τὸν Ἀρβογάστην ἀπάγειν. ὁ δὲ διὰ τῶν λόγων τὴν ὑπόνοιαν αὐτοῦ μᾶλλον ηὗρεν εἰς ἀκρίβειαν μεθισταμένην γνώσεως. καὶ γὰρ ἐπερωτήσαντι τῆς τοσαύτης ὁρμῆς τὴν αἰτίαν, ἑαυτὸν διαχρήσασθαι Οὐαλεντινιανὸς ὑπεκρίνατο, διότι βασιλεύων, οὐδὲν ὧν ἐβούλετο πράττει. D ὁ δ᾽ Ἀρβογάστης οὐδὲν πλέον τότε πολυπραγμονήσας, ὕστερον ἐν Βιέννῃ τῆς Γαλλίας ἠριστηκότα τὸν βασιλέα, καὶ μεσούσης ἡμέρας κατὰ τὰ ἔρημα τῶν βασιλείων, ἐπὶ τὸν ποταμὸν τὴ χεῖλος οἷς ἐματαιοσπούδει καταδυόμενον θεασάμενος, πέμπει τινὰς καὶ αὐτοῦ τῶν ὑπασπιστῶν. οἱ δὲ τὸν δείλαιον χειρῶν ἰσχύϊ καὶ γνώμης ἀποπνίγουσιν ἀγριότητι, οὐδὲ τῶν ὑπηρετουμένων τῷ βασιλεῖ τινος παρόντος· ὁ γὰρ καιρὸς αὐτοὺς ἀριστᾶν μετεπέμπετο. οἱ μέν τοι γε τοῦτον ἀποπνίξαντες, ἵνα μὴ